

Quando defectu harum conditionum vnio sic irrita. numero 173.

An si impetratur ex falsa causa, sit ipso iure irrita? referunt quaedam sententia. num. 174.

Explicatur sententia auctoritatis. n. 175. 176. 177.

Explicatur quid Tridentinum circa has vniones decreuerit. num. 178.

An Episcopus possit examinare vniones, ac illarum effectum impedire, non obstante prescriptione, & si appelletur ab Episcopo in casibus, in quibus Tridentinum ipsi concedit, ut inquam delegatus Sedis Apostolica procedat, si necessario ad Pontificem appellandum. num. 179.

An attentio iure antiquo, etiam Trident. integrum sit Episcopis vnire beneficia diuersarum diocesium? n. 180.

An Episcopus possit vnire beneficia non sola potestate ordinaria, sed etiam delegata concessa per Trident. & an possit alterum eligere, aut in parte vniam, & in parte alteram, & ad quem tunc appellabitur? & in dubio vtram potestatem eligere censetur? n. 181.

An si Episcopus potestate hac delegata vnias beneficia, desideret consensus Capituli? Proponitur probantia non desiderari. n. 182.

Explicatur sententia auctoritatis. n. 183.

An beneficia curata possint ab Episcopo vniri monasteriis, aut pijs locis, aut beneficiis simplicibus, aucto Tridentino. n. 184.

An Tridentinum concedens Episcopis vnionem absque consensu patroni ecclesiastici, derogat iuri communi? n. 185.

An ea potestas sit delegata? Et explicatur, quando concessio facta alicui rei iure ordinario sibi competens censetur potestas ordinaria, aut delegata. num. 186.

An Tridentinum derogari potestati Episcoporum in vnionibus beneficiis secularibus religioni? n. 187.

An beneficio seculari sic vnio, statuto Episcopi possit deserviri per regularem? n. 188.

An possit Episcopus ex iis beneficiis, que vnire potest, reddere aliquod manuale, & ad nutum amobile, quod erat perpetuum? num. 189.

An monasterio monialium possit vniri beneficium parochiale in temporalibus, & spiritualibus? n. 190.

Explicatur decretum Tridentini sess. 7. c. 7. de reformat. quando integrum sit Episcopo in beneficio parochiali vnio monasterio, aut cuiquam operi pio, vicarium perpetuum, aut temporalem insinuare. num. 191.

QUESTIO vltima. An beneficium seculare possit Episcopus vnire religioni, sitque illius semel vniti capax religiosus? In questione hac praximitemus, quid iure communi antiquo liceret Episcopo circa has beneficiorum vniones; deinde, quid per Concilij Trident. decreta correctum sit: & tandem explicabimus, quid in presentia questione censendum sit. Prima ergo difficultas est, quid iure communi antiquo liceret Episcopis circa has beneficiorum vniones. Et primo quidem praximitemus est ex Rebuffo praxi beneficiorum. tit. de vnionibus beneficiorum. num. 1. & sequentibus. & Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. p. 2. c. 3. n. 1. & 2. quid, & quod duplex sit vnio. Est enim plurium beneficiorum, seu Ecclesiarum a legitimo superiori facta annexio. Dicitur beneficiorum, seu Ecclesiarum, vt nomine Ecclesiarum comprehendantur Episcopatus; nomine autem beneficiorum quocumque alia beneficia maiora, vel minora, regularia, vel secularia, & dignitates. Hac autem vnio quandoque est perpetua, quandoque autem temporalis. Perpetua est, vt notant ibi Rebuffus n. 7. & 8. & Hojeda eodem n. 1. quando exprimitur, vt perpetuo duret, vt constat ex c. exposuisti, de prebendis, ibi; de capellis in perpetuum annexendis: vel quando dicitur, ad perpetuam rei memoriam, vt ad beneficium Sedis Apostolicæ. c. signationis, de re scriptis. in 6. vel si concedatur contemplatione Ecclesie. c. 1. ne sede vacante. & quando est perpetua, solet in ea dici, in perpetuum vnimus. Temporalis autem est, vt notant Rebuffus ibi. n. 9. & 10. & Hojeda

eodem num. 1. quando conceditur ad tempus, vt ad vitam eius, in cuius fauorem fit, & tunc dicitur fauore personæ fieri, mortuæque eius expirat. argum. textus, & eorum que notant Doctores c. quoniam Abbas. de officio delegati. Atque in dubio dicitur vterque author praximitem vnionem fieri potius contemplatione Ecclesie, quam personæ, quod Ecclesie potius fauendum sit, eiusque necessitati, aut vtilitati in his vnionibus consulatur.

Secundo praximitemur ex Rebuffo ibid. a num. 11. 145. & que ad 15. & Hojeda ibid. n. 2. vnionem hanc tripliciter fieri posse. Primo modo, vt ex duobus beneficiis vnium fiat, vt probatur ex c. decimas, ad fin. 16. quest. 1. aut si ex duabus parochiis fiat vnica. Secundo modo, vt Ecclesia vna alteri subiciatur, & tunc vnita erit accessoria, fructusque priuilegij principalis cui vnitur, c. reuelantes, in fin. de statu monach. Tertio modo fit vnio duarum Ecclesiarum, vtraque manente Episcopatu, vel parochiali, vt prius erat, & tunc vtraque Ecclesia erit principalis, fructusque qualibet suis priuilegiis, & habebit sua statuta, idque operabitur vnio, vt idem sit Episcopus, aut parochus vtriusque. Quom autem effectum habeat diuersitas huiusmodi vnionum ad beneficij impetrationem, quidve in ea notandum sit, consulatur Doctores prædicti, & Azor 2. tom. 2. in fin. moral. lib. 6. c. 28. g. 20. non enim ad rem præsentem facit.

His præmissis, prima conclusio fit. Episcopus, stando in iure communi antiquo, potest vnire beneficia, & Ecclesias suæ diocesis. Constat ex c. si vnire, de excess. Prælat. ibi; Si vnire vnus Episcopus, & potestati subiciere aliens, ad summum Pontificem pertinere dignoscitur: ita Episcopi esse Ecclesiarum suarum diocesis vnio, & subiectio eorumdem. & c. exposuisti, de prebendis, & facientur vniuersi Doctores. Atque id potest Episcopus confirmatus, quamuis nondum consecratus sit, quia hoc est iurisdictionis, & bene docet Marianus Socinus hoc. sicut vnire. art. 3. num. 53. & 54. quest. 10.

Quod quidem nõ tantum est verum, si velit vnire Ecclesiam secularem seculari; sed etiam potest vnire religioni alicui Ecclesiam, seu beneficium vite diocesis. Constat ex Clem. 2. de rebus ecclæs. non alienandis, ibi; Si vna Ecclesia alteri Ecclesie, seu dignitati alicui, vel prebende per Episcopum suo consensiente Capitulo vniam, aut religio loco doretur, nequaquam id poterit impugnari; & ex c. consultationibus, de donat. vbi expressè dicitur, Ecclesie, seu beneficia nondum vacantia posse donari ab Episcopo Ecclesie, aut religionis locis, quamuis antequam vnio, non possint dari priuatis personis; & c. pastoralis eodem tit. vbi dicitur, Episcopum conferentem Ecclesiam loco religioso ex consensu patroni, conferre ius, quod in illam Ecclesiam habebat, patronum autem suum ius patronatus; & ex c. vnice, de iure patronatus, in 6. vbi dicitur, patronum posse Ecclesiam sui iuris patronatus ex consensu Episcopi loco religioso donare. Quod si opponatur c. illud de iure patronatus, vbi laicus contulerat Ecclesiam vacantem loco religioso, & dicitur textus collationem esse irritam, tum quia sine autoritate Episcopi facta est; tum etiam, quia erat Ecclesie spondum vacantis. Respondet ibi Abbas num. 7. intendit laicum illum conferre Ecclesiam illam nondum vacantem, vt ex tunc valeret in praxidicium rectoris legitime possidentis. Nam si vellet abique eius præiudicio, vt à tempore vacacionis frueretur illa locus religiosus, valeret vtrique cum consensu Episcopi, vt constat ex c. consultationibus, ibi. Idem disponitur Concil. Tol. III. c. 4. & refertur c. si Episcopus, 12. quest. 2. ibi; Si Episcopus vniam de parochiano Ecclesie suæ monasterio dicere voluerit, vt in ea monachorum regulam congregari vniam, hoc de consensu concilij sui habeat licentiam faciendi, & tradit ibi Glossa verb. si Episcopus; & idem habetur c. si ad auertendam, el. 2. de Eccles. adific. & ibi Glossa verb. indulgentis, & ibi Abbas n. 2. Atque ita hanc vnionem loco religioso posse fieri per Episcopum docent Glossa et Clem. 2. statuta in principi-

pio. vers. nota quod Episcopus, & verb. denotetur. Cardinalis ibi. in princip. num. 4. notab. 4. & num. 11. quest. 7. Anchar. num. 4. not. 4. Imola num. 2. & 3. not. 2. & 3. Bonifacius num. 1. Calderinus conf. 5. num. 1. de rebus Ecclæs. non alienand. Hostiens. c. noui. num. 7. de his que sunt à Prælat. Anton. c. tua. num. 9. eodem tit. Abbas dicit c. consultationibus, num. 4. vbi Imola num. 1. notab. 1. Henr. num. 1. Marianus Socinus senior c. sicut vnire. art. 4. q. 4. n. 63. & 62. de excessibus Prælator. Felinus in c. in nostra. corol. 40. num. 42. notab. 3. de re scriptis. Sapia addit. ad Abbatem. d. c. sicut vnire. numero 2. verb. vnire. Sclua beneficiorum 3. p. 9. 11. num. 126. Azor tom. 2. in fin. moral. lib. 6. c. 28. quest. 19. & ad idem facit Gregor. Lopez l. 3. tit. 12. p. 1. vbi dicit posse Episcopum vnire religionis Ecclesiam secularem transformare in regularem. Quod quidem verum habet, quamuis monasterium illud exemptum sit, vt bene tradunt Calderinus, Marianus Socinus ibidem, Cardinalis d. Clem. 2. in principio. num. 11. q. 7.

Secundo eadem conclusio tenet verum, quamuis collatio illius beneficii ob Episcopum negligentiam deuoluta esset ad Papam, quod alio iure deuoluitur, alio autem vniam. Deuolutio enim concernit titulum, impeditque ne illud Episcopus in titulum dare valeat; vnio autem refertur proprietatem. Atque ita tenent Antonius c. sicut vnire. num. 10. de excessibus Prælat. & ibi Abbas num. 6. Anchar. num. 5. Federicus, quem refert, & sequitur Marianus Socinus senior ibi re hac late disputata à num. 67. vsque ad 70. idem Abbas c. consultationibus, fin. de donationibus. Boëtius decis. 346. ad finem. Azor tom. 2. in fin. moral. lib. 6. c. 28. g. 15.

Tertio habet verum, quamuis beneficia illa referuata sint à Pontifice, dummodo ex huiusmodi vnione præiudicium non fiat expectanti autoritate Apostolica beneficia illa. Quare hæc vnio effectum non habebit, nisi post expectantis mortem, vel donec illo beneficio priuatus sit: quia sicut dum alter possidet beneficium, non obstante illa possessione, potest per Episcopum vniri, non vt statim habeat effectum in possidentis præiudicium, sed postquam illud dimiserit. Clem. 2. de rebus Ecclæs. non alienand. ita beneficia hæc referuata poterit Episcopus vnire, vitato expectantis præiudicio. Atque ita docent Abbas eo c. sicut vnire. num. 7. & ibi Anchar. num. 5. Cardin. num. 3. quest. 1. Marianus Socinus senior ibi. art. 4. quest. 6. num. 64. Gamba de autoritate legati lib. 5. tit. de potestate legati in vnionibus. num. 63. Boëtius decis. 346. ad finem. Rebuffus praxi beneficiorum. tit. de vnionibus beneficiorum. num. 31. vbi Parisium, & quandam Rotæ decisionem allegat, Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. p. 2. c. 3. num. 7. Azor eodem c. 28. quamuis Lapus allegat. 26. n. 1. fin. contrarium tenet, quod in duplici casu est verum. Prior est, quando referuatio non solum collationem respectu tituli concernebat; sed referuatur Pontifex certam Ecclesiam suæ dispositioni; tunc enim ea verba generalia impedirent proforsus Episcopi dispositionem circa id beneficium. Sic Abbas eodem c. sicut vnire. num. 7. Azor eadem q. 16. Posterior est, si referuatio beneficii esset perpetua respectu collationis illius à Romano Pontifice semper faciende, vt contingit in prima dignitate post Pontificalem cuiuscumque Ecclesie cathedralis, quæ referuata manet semper per regulam tertiam Cancellarie; tunc enim Episcopus non poterit vnire, quia per eam referuacionem auferret omnino Episcopis potestas de ea prebenda disponendi. Sic Hojeda ibid.

Hæc tamen conclusio dupliciter temperanda est. Primum, nisi beneficia illa essent exempta à iurisdictione Episcopi; tunc enim nequit Episcopus ea vnire, vt pote quæ sine dispositioni subiecta non sunt; & ideo tunc vnio pertinet ad Pontificem. Sic docent Rebuffus eo. tit. de vnionibus beneficiorum. n. 22. Hojeda eodem c. 3. n. 7.

Posterior temperatur, dummodo vnio sit perpetua. Si enim sit temporalis, est interdicta Episcopo, quia vniones ad vitam beneficiorum sunt odiosæ, tanquam intro-

ductæ contra formam iuris communis, aut saltem præter illam. Quippe per hanc vnionem temporalem fit, vt duo beneficia concedantur vni, absque ille altera Ecclesia toto tempore vite. Præterea, quia per talem vnionem non Ecclesia, sed personæ prouidentur. Tandem, quia talis vnio est nomine tenus: re ipsa est quædam iuris relaxatio. Atque ita docent Dominicus conf. 38. vt eum refert, & sequitur Staphyleus de literis gratiæ. tit. de modis prouisionis. num. 19. Azor tom. 2. in fin. moral. lib. 6. c. 28. g. 17.

Secunda conclusio. Generalis vicarius Episcopi non potest beneficia vnire, nisi specialiter sibi ab Episcopo committatur. Constat, quia nec beneficia conferre valet, quod minus est. Atque ita docent Marianus Socinus alios allegans c. sicut vnire. art. 3. num. 43. & duplici sequenti. g. 8. Dominicus conf. 38. num. 10. Parisius conf. 40. n. 1. & 2. vol. 4. Rebuffus praxi beneficiorum. tit. de vnionibus beneficiorum. num. 37. & tit. de forma vicariatus. num. 10. 2. Anton. Cucus lib. 2. in fin. moral. tit. 8. num. 106. Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. p. 2. c. 3. n. 7. vers. non est etiam omittendum. Sbrozcius de vicario Episcopi. lib. 2. g. 11. §. late probans à num. 2. vsque ad 8. Azor tom. 2. in fin. moral. lib. 6. c. 28. quest. 10. Quare non est audiendus Hieronymus Gabriel conf. 200. n. 3. volum. 1. vbi docuit, hoc posse vicarium ex suo officio.

Sed quid si vicario illi data esset potestas conferendi beneficia cum generali clausula? Aliqui, vt refert Azor num. precedenti allegatus, affirmant posse tunc vicarium vnire. Sed iure optimo contrarium tenent ibi Rebuffus praxi beneficiorum. tit. de forma vicariatus. num. 102. Parisius, & Sbrozcius à n. 9. vsque in fin. vbi eos allegauit n. præced. quod clausula generalis leuata post specialia in mandato expressa, includit consilia, non autem maiora, vt tradit bene Socinus conf. 123. ad fin. vol. 4. conf. 95. n. 10. vol. 1. At vnire beneficia est quid maius, quam conferre, cum illud nequeat Episcopus absque Capituli consensu, vt dicemus numero 164. at hoc regulariter potest ipse solus.

Tertia conclusio. Capitulum sede vacanti potest vnire ea beneficia, quæ potest Episcopus, dummodo per eam vnionem iurisdictioni Episcopali nihil detrahatur: quod ea, quæ sunt iurisdictionis in Capitulo transeat. c. artic. de maior. & obed. in 6. Hac autem vnio est iurisdictionis. Atque ita docent Incola Clem. 3. num. 31. de statu monach. & ibi Card. §. ad hoc. num. 4. quest. 6. Bonifacius eodem §. num. 19. Marianus Socinus senior c. sicut vnire. art. 3. num. 40. quest. 6. de excessibus Prælat. Cacialpus de vnionibus ecclesiasticis. c. 3. num. 19. Perulinus de vnionibus beneficiorum. num. 36. Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. 2. p. c. 3. num. 7. vers. similiter Capitulum. Azor tom. 2. in fin. moral. lib. 6. c. 29. g. 9. Quod hi obiciunt, Capitulum non habere potestatem conferendi beneficia: ergo nec vnionibus, cum duo beneficia connehere nequeat, nisi vnium conferens ei Ecclesie cui connehit. Respondet bene Azor, non bene id sequi, quia beneficium nondum vacans conferri nequit, cum tamen valeat vniri. Clem. 2. de rebus Ecclæs. non alienand. Item non est idem iuris de conferendo, quod de coniungendo, quia conferre est voluntatis, & liberatis; at vnire est necessitatis, cum vnio fieri non debeat, nisi ob Ecclesie necessitatem, aut vtilitatem. Nec audiendus est Antonius Cucus lib. 3. in fin. maior. tit. 9. numero 877. hanc potestatem Capitulo denegans, quia nunquam id fieri potest absque præiudicio iuris Episcopi. Sed dicendum, sicut dicemus numero 169. vbi eadem limitatio traditur à Doctores, quia quando legatus à latere vnir, & explicabitur quale præiudicium spectandum sit.

Quarta conclusio. Archiepiscopus vnire potest beneficia in sua diocesi, cum in ea eandem iurisdictionem exerceat, quam Episcopus in sua. At nequit vnire beneficia in diocesi Suffraganeorum. Quod constat ex

causu esse ipso iure irritam. Primus est, quando non citantur ij, quorum interest, quos necessario citandos esse diximus. Secundus est, quando non premissa causa cognitione vno fit. Vtrumque docent Rebuffus praxi benedictae in reg. 21. Cancell. de vniobib. gloss. 9. smi. Azot tom. 2. in sicut moral. lib. 6. c. 28. q. 1. 4. Tertius est, cum non exprimitur verus valor beneficii vniendi, & eius cui vno fit, vt expresse habetur reg. 21. Cancell. de vniobib. & tradit ibi Rebuffus à glossa 9. s. q. ad 9.

174 Sed nō modica difficultas est, an si in ceteris seruetur debita forma, sit vno irrita, eo quod ex falsa causa sit impetrata: Quidam senserunt esse irritam, quia cum per errorem, & deceptionem concessa sit, deficit manifeste concedendi voluntas, & intentio: quippe nihil ita voluntarium tollit, ac error. l. si per errorem. ff. de iurisdic. omniū iudicū. Hanc sustinent Abbas c. sicut vniob. n. 6. de excessib. Pralat. & conf. 107. n. 7. vol. 1. Decius conf. 233. n. 3. q. 4. vol. 2. Boërius dec. 345. n. 1. fin. Felinus c. causam. el. 2. n. 2. fin. vers. & ista conclusio de iudicis. Quod quidem dicunt Abbas eo conf. 107. n. 7. & Felinus eo. c. causam. n. 3. verum habere, licet addatur clausula, motu proprio: quod hæc clausula non suppleat defectum intentionis.

175 Sed veritas est prædictam vniobnem non esse ipso iure irrita, sed irritandam ope exceptionis. Ducor, quia cum vno cōcedatur ex causa necessaria, magis concernit iustitiā, quam gratiam. Id autē dicitur inter rescripta gratie, & iustitiæ, quod illa per subreptionē obta sunt ipso iure irrita: quare quicquid virtute eorum factū fuerit, est nullius proferus momēti: hæc autem valida sint, donec ope exceptionis elidatur, id est, donec aduersarij, contra quem impetrata sunt, excipiant, allegans ea esse subrepticia. Quare processus virtute illorum factus valebit, si de subreptione non excipiat, vt latē probauit lib. 8. de marim. disp. 21. n. 3. & duplice sequenti. Et ideo hæc partem tenent Oldrad. conf. 262. fin. Guido Pap. conf. 134. vers. 2. premissis. sicque variis vicibus decimū est in Rota, vt refert Boërius dec. 345. statim in princip. & sic habetur in prædictabilibus Rota Romana. tit. de vniob. n. 2. (habentur in nouissimis decisionibus Rota. tom. 2. in fin.) & hæc opinio nem dicit Felin. c. postulat. n. 3. de rescrip. præualitūta propter Rotæ auctoritatem. Eandem tenent Marianus Socinus senior c. sicut vniob. ar. vi. q. 2. n. 1. 4. de excessib. Pralat. & ibi Sebastianus Sapia additionibus ad Abbate. n. 3. vers. subiectis. Milis in reperiō. verb. vno. n. 6. statim in princ. Rebuffus praxi benef. in reg. 21. Cancell. 21. de vniobib. glossa 5. fin. & gloss. 9. casu 2. Azot tom. 2. in sicut moral. lib. 6. c. 28. q. 1. 4. Ex quo deducitur, non posse id beneficium impetrari tanquam vacans, donec vno illa irritetur. Sic Oldradus ibidem, Rebuffus ea glossa 9. casu 2.

176 Hæc tamē sententia tēperat dupliciter. Prius, vt intelligatur de vniobib. factis per inferiores Pontifices: nam facta à Pontifice ex falsa causa allegata, est ipso iure irrita: quod in rescriptis Pontificiis intelligatur semper clausula, si preces veritate nitatur. c. 2. de rescrip. Sic Cardinalis conf. 96. vt cum refert, & sequitur Rebuffus eadē glossa 5. fin. Milis n. præced. allegatus, Staphyleus de literis & tit. vbi de vi, & effectu clausularū. §. 7. & vltimō sciendum est. n. vlt. Bellemera dec. 617. fin. & sic decimū est in Rota, vt refert Callidorus dec. 1. fin. de vniobib. Et in hoc casu est vera sententia cōtraria allegata n. 174. quod sublimitat Milis, nisi vno illa esset cōcella motu proprio à Pontifice: tunc enim ait non esse ipso iure irritam. Sed merito contrarium tenent Staphyleus eo. n. vltim. & alij, quos allegauit n. 174. propter rationem ibi traditam.

177 Posterioris limitatur, nisi falsa causa allegata esset necessaria Ecclesiæ, quæ verē nō suberat: tūc enim erit irrita vno etiam ab inferioribus facta, eo quod in casu illicito facta sit. Sic Milis allegatus n. 175. Verum displicet proferus limitatio: nā cum vno semper fieri debeat ex iusta necessitate, ac vilitatis Ecclesiæ causa, semper fit in casu illicito, ea non existente vera: ac proinde semper debet esse irrita. Ac proinde Rebuffus ea regul. Cancell. 21.

de vniob. casu 2. explicat, quādo vno sit cassanda, & nō sit irrita, vt quando falsō allegatur paupertas Ecclesiæ.

Hactenus explicuimus, quæ iure communi antiquo: circa hæc vniobnes statuta sunt, superest explicare, quid iure nouiori. Secunda ergo difficultas est, quid per Cōcilij Tridentini decreta sit immutata. Et primō quidem ponemus, quæ circa hæc vniobnes illud decreuerit: deinde explicabimus, in quibus cortexit antiquiora iura. Varia sunt circa hoc decreta in Trident. nam sess. 7. c. 6. de reform. sic dicitur. Vniobnes perpetue à quadraginta annis citra facta, examinari ab ordinarijs, tanquam à Sede Apostolica delegatis possint, & qua per subreptionem, vel obreptionem obta fuerint, irrita declarantur: illa verō, quæ à dicto tempore citra concessa nondum in toto, vel in parte sortita sunt effectum, & qua deinceps ad cuiusvis instantiam fient, nisi eas ex legitimis, aut alias rationabilibus causis, coram loci ordinario vocatis, quorum interest, verificandis factis fuisse constituta, per subreptionem obta presumantur: ac propterea nisi aliter à Sede Apostolica declaratum fuerit, vniobnes omnino careant. Hi autem quadraginta anni computandi sunt à die qua Tridentinum auctoritate Apostolica est promulgatum, vt rectē docet Azot tom. 2. in sicut moral. lib. 6. c. 28. q. vltim. Quia ex tunc habet vim obligandi decretum. Et eadem sess. 7. c. 7. de reform. sic dicitur. Beneficia ecclesiastica curata, quæ cathedralsibus, collegiatis, seu alijs Ecclesijs, vel monasterijs, beneficijs, seu Collegijs, aut pijs locis quibuscumque perpetuo vniob. & annexa reperiuntur, ab ordinarijs locorum anni singulis visitentur, qui sollicitè provide-re procurent, vt per idoneos vicarios, etiam perpetuos, nisi ipsi ordinarij pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertie partis fructuum, aut maiori, vel minori, arbitrio ipsorum ordinariorum, portione, etiam super certa re assignanda, ibidem deputandis animarum cura laudabiliter exerceatur: appellacionibus, priuilegijs, exemptionibus, etiam cum iudicium deputacione, & illorum inhibitionibus quibuscumque in premissis minime suffraganeis. Ex quo fit (vt bene docet Azor ibidem) vt in huiusmodi vniob. Ecclesijs Episcopus possit vicarios perpetuos, aut temporales constituere, ipsosque examinare, & approbare: de cuius decreti intellectu vide que dicam num. 190. Et sess. 14. c. 9. de reform. sic dicitur: Beneficia vniob. diocesis, etiam in parochialibus Ecclesijs, vniob. perpetue, aut simplici beneficia, seu prestimonija, aut prestimoniales portiones fuerint, & ratione augendi cultum diuinum, aut numerum beneficiorum, aut alia quacumque de causa, alterius diocesis beneficio, aut monasterio, seu Collegio, aut loco etiam pio perpetuo non vniob. Et sess. 21. c. 5. de reform. sic statuitur: Possint Episcopi etiam tanquam Sedis Apostolica delegati, iuxta formam iuris, sine tamen præiudicio obtinentium, facere vniobnes perpetuas, quarumcumque Ecclesiarum parochialium, & hospitalium, & aliorum beneficiorum curatarum, vel non curatarum eum curatis, propter eorum paupertatem, & in ceteris casibus à iure permissis, etiam si dicta Ecclesia, vel dicta beneficia essent generaliter, vel specialiter reformata, aut qualitercumque officia. Et sess. 22. c. 4. cap. 13. de reform. ar. sic dicitur: Ecclesia parochiales monasterijs quibuscumque, aut Abbatijs, seu dignitatibus, sine prebendis Ecclesijs, & cathedralibus, vel collegiatis, sine alijs beneficijs simplicibus, aut hospitalibus, militibus, & non vniob. & que vniob. sunt reuocantur ab ordinarijs iuxta alias decreta in eadem Synodo sub felicitis recordationis Paulo III. quod etiam in vniob. ab eo tempore citra aquò obseruetur. Hoc decretum habetur eadem Synodo, sessio 7. de reform. cap. 6. cuius verba proximè retulimus. Et tandem eadem sess. 24. cap. 15. de reform. sic dicitur: In Ecclesijs cathedralibus, & collegiatis insignibus, vbi frequentes, adeoque tenues sunt prebende simul cum distributionibus quotidianis, vt sustinendo decem canonicorum gradus pro loci, & personarum qualitate non sufficiant, licet Episcopi cum consensu Capituli, vel aliquot simplicijs beneficijs, non tamen regularia iis vniob. vel si hæc ratione promouari non possit, aliquibus ex iis suppressis cum patronorum consensu, si de iure patronatus locorum sint, quarum fructus

& presuntur reliqui trum prebendarum distributionibus quotidianis applicentur, eos ad pauciores numerum reducens, ita tamen, vt tot superent, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiæ commode valeant respondere.

179 Hinc deducitur primō, aut correctum esse, aut saltem auctum ius commune per Tridentinum sess. 7. c. 6. de reform. possit enim possessor beneficii vniob. si tueri præscriptio illa ferè quadragenaria, ne Episcopus de illius valore cognosceret, vel ne integrum vniob. effectum impediret: aut si adhuc Episcopus instaret, cum solam potestatem ordinariam ad id haberet, liceret Episcopi sessori sic vexato ad Archiepiscopum, cuius ille Episcopus Suffraganeus est, appellare. At hodie attento hoc Tridentini decreto, non potest se illa præscriptio tueri, quominus liceat Episcopo vniobnem perpetuam à quadraginta annis citra factam examinare, & si nondum integrum effectum sortita sit, impedire, nisi constet ex legitimis causis factam esse; & si possessor velit appellare, nequit ad Archiepiscopum, sed ad solum Pontificem, quia in eo decreto conceditur Episcopo, vt tanquam delegatus à Sede Apostolica procedat in ea causa. At à delegato ad solum delegatam est appellandum. c. super questionem. §. potest de officio delegati. Et ideo nec legatus à latere potest in ea causa delegata se intrmittere, & studuit, de officio legati. & docent omnes, & in proprijs terminis docet Hennequez lib. 10. de sacrament. ordinis. c. 28. fin. dicens in omnibus casibus, in quibus Tridentinum concedit Episcopo, vt rāquam delegati Sedis Apostolicæ procedant, ad solum Pontificem appellari posse.

180 Secundō deducitur, per Tridentinum sess. 14. c. 9. de reform. correctū esse ius antiquum, quippe eo attēto integrum erat Episcopo vniob. beneficiū suæ diocesis cum altero alienæ diocesis, accedente consensu Episcopi illius, vt bene tradit Marianus Socinus senior c. sicut vniob. ar. 4. q. 13. n. 80. & ar. 6. conel. 11. 12. & 13. n. 101. 102. & 104. de excessibus Pralariorum. At attento hoc Tridentini decreto, nulla ratione licet vniob. beneficia diuersa diocesis.

181 Tertiō deducitur, in Tridentino sess. 21. c. 5. de reform. dum conceditur Episcopo facere quorumcumque beneficiorum vniobnes, etiam si illa referata sint, confirmari ordinariam Episcoporum auctoritatem, quæ poterant vniob. Ecclesijs, & beneficia suæ diocesis, etiam si illa referata essent, vt diximus num. 147. & 150. augerique hanc potestatem. Nam attento iure antiquo, poterant sola potestatem ordinariam: at attento Trident. possunt quoque potestatem delegatam, vt constat ex iis verbis eius decreti, possunt Episcopi, etiam tanquam Apostolica Sedis delegati. Quare licet Episcopi vtraque potestatem procedere, vt constat ex e. significauit, de corpore vniob. & c. nisi de prebendis, vt bene docent Innocentius c. cum ex officio. num. 1. de præscriptio. & ibi alij Doctores, Abbas à num. 18. vsque ad 26. Felinus ibid. n. 22. Alciatus l. 1. §. si quis simpliciter. num. 31. ff. de verbor. obligat. Oldradus, Cald. Bald. Alexand. quos refert, & sequitur Molina lib. 2. de primog. cap. 10. numero 74. & 75. Et quando procedit vtraque auctoritate, ad solum Pontificem appellari potest, vt magis dignum trahat ad se minus dignum. et quod in dubio, de consecrat. Ecclesijs. & c. si duo, de officio delegati. n. 6. & docet Abbas eo. num. 18. & Felinus n. 24. Poterit etiam eligere alterutra potestatem procedere, vt constat ex e. dilectum. el. 2. de prebendis, vbi dicitur, Episcopo iussu à Pontifice conferri beneficium certa personæ, & conferente alteri sua potestatem ordinariam, valere collationem: ac proinde potuit validè vti potestatem ordinariam, non obstante delegata ex iussu illo acquisita. Et ita docent Innocentius deo. n. 3. Abbas n. 18. & 23. Felinus n. 23. Antonius eo. c. cum ex officio. num. 8. qui omnes rectè dicunt posse in parte potestatem ordinariam, & in parte potestatem delegatam vti. Erat autem effectus, vt aduerterit Abbas & Antonius n. 8. diuersis quoad appellatorem; nam qua parte procedit vt ordinariam, appellabitur ad Archiepiscopum; qua autem vt delegatam Summe Tho. Sanchez pars 1 l. 1.

tus, ad solum Pontificem. Quod si semel elegit procedere vna via, an possit retrocedere eligendo alterā viam, disputat optimè Felinus eo. n. 23. & concludit non posse. Quod si non confert qua potestatem procedat, aliqui censent præsumi potestatem ordinariam procedere: quæ ordinaria iurisdictione est favorabilior, delegata autem odiosa. Sic Federicus conf. 130. p. vltim. est tale ad fin. Bobadilla relato Alciato (cuius locum non potui inuenire) in sua politica. lib. 2. c. 21. n. 30. atque adeo ait Federicus prescriptum illum non valiturum, si antè de potestatem ordinariam non valeret. At multo verius est, censeri potestatem delegatam procedere: quod probat l. 3. ff. de militari testam. vbi habetur, non præsumi militem testantem eligere viam, qua suum testamentum corrumpat. Item, quia in dubio potius debemus interpretari rem, vt valeat, quam vt pereat. c. Abbas, de verb. significat. Item, quia cum ad maiorē vim actus, illiūque maiorem firmitatem conducatur mirum in modū vbi potestatem delegatam, vt à solo supremo Principe possit per appellacionem infringi, est potius præsumendum huius potestatis vsum, quia in dubio præsumitur actus fieri iuxta facultatem, quæ maiorem firmitatem præbet actui, vt cum Abbate & Baldo tradit Greg. Lopez l. 6. verb. que non la pudet. §. q. 2. tit. 1. p. 6. & alij multi, quos refert, & sequitur Molina lib. 2. de primog. c. 2. n. 15. & alter Molina Societatis Iesu tom. 3. de iust. disp. 82. n. 2. & sic tradit Antonius eo. c. cum ex officio, n. 8. fin. Abbas n. 31. Felinus allegans Ioan. Andream, Dominicum, & alios n. 31. Decianus præc. crim. lib. 4. c. 2. n. 24. Ex qua doctrina colligitur, censeri actum factum ordinariam potestatem, quando hoc esset vtilius, & firmius valori actus, vt rectè docent Greg. Lopez, & Molina Societatis Iesu ibidem. Quare iure optimo eadem disp. 82. n. 2. fin. impugnat alterum Molinam lib. 2. de primog. c. 2. n. 16. dicentem, eum qui potestatem facere actum ex iure communi, ac ex peculiari priuilegio, censendum esse facere ex iure communi, nisi actus non possit valere abique priuilegio, quia tunc ex priuilegio factus censetur. Quippe dicendum est, si ex parte fuit necessarium priuilegium, & ex parte non, censendum factum ex iuris facultate, quoad id ad quod non erat necessarium priuilegium, & vtilius erat fieri ex iuris facultate. At censetur factus ex priuilegio, quatenus ad valorem actus id necessarium erat.

182 Sed potissima difficultas est, an attento hoc decreto Tridentini, integrū sit Episcopi vniob. beneficia absque sui Capituli consensu, quod vtens sua potestatem ordinariam nequit, sed si cōsensu erit necessarius, vt diximus n. 164. Et videtur nō desiderari eum consensum ex doctrina Mariani Socini senioris c. sicut vniob. ar. 6. conel. 14. n. 105. de excessib. Pralat. vbi ait legatū à latere vniobnem beneficia indigere consensu Capituli, quando ordinaria sua potestatem vniob. sic habere dicitur delegatam, & illa vniob. vniob. Ergo similiter cum Episcopo vtens delegata per Tridentinū vniobnem potestatem sibi concessa vniob. non indiget consensu Capituli, quo indiget vtens sola ordinaria, quam iure antiquo habebat. Secundō, quia Urbanus III. ead. audientiam. el. 2. de Ecclesijs adificand. concessit cuidam canonico electo in Episcopum vniob. Ecclesiam, cuius canonico fuerat, monasterio regulari, dummodo Episcopus consentiret: & querunt ibi Ioan. Andr. n. 5. Abbas fin. Cardin. n. vniob. oppo. 1. fin. Anchar. num. 3. oppo. 1. fin. quid operetur id indultum, cum absque eo de consensu Episcopi possit vniob. & respondent inter alios huius delegacionis effectus hunc esse, vt non exigatur cōsensu Capituli, qui alias necessarius erat. Ergo similiter in nostro casu dicendum est. Tertiō, quia Trident. sess. 24. c. 15. de reform. concedens Episcopo posse vniob. beneficia cathedralibus, aut aliquas earum prebendas suppressimere, explicat de consensu Capituli; & tamen ea est potestatem delegatam, vt probamus n. 186. Cum ergo in hac potestatem non explicat consensum Capituli exigi, is non exigitur.

Cæterum credo exigi consensum Capituli. Ducos, 13. X x 2 pium

primò ex verbis illius decreti ibi; *possint Episcopi, & iniquam Sedis Apostolice delegati iuxta formam iuris facere, imones perpetuas, ubi non absolute delegatur potestas vniendi, sed iuxta formam iuris. At forma iuris est, vt exigitur Capituli consensus, Clonem. 2. de rebus Eccl'es. non alienand.* Et hinc soluitur prima, & secunda ratio partis oppositæ: quia ea doctrina, lo cum habent, ubi absque limitatione concederetur potestas delegata. Nec obstat tertia ratio, quia satis enim consensus expressit potestatem seruari in hac vniione formam iuris. Et confirmatur ex regula vulgari, que correctionem iurium, in quantum fieri potest, vitandam dicitur, & iura iuris concordada, etiamsi ad id oporteat verba à propria significatione distrahri, vt probauit lib. 1. de iurim. disp. 17. n. 6. mediū quando concordari possunt, eaque correctio vitari absque vlla verborum distractione à proprio significato, vt hic contingit. Secundo, ex doctrina practicabilius Rota Romane. tit. de vniione. numero 12. vers. in vniione faciendâ. (habentur in nouissimis decisionibus Rota. tom. 2. fin.) ubi deciditur, in vniione faciendâ per Episcopum etiam ex concessione Pontificis non faciente mentionem Capituli, exigi Capituli consensus. Tandem, quia Hojeda de incompatib. beneficiorum. 2. p. c. 3. n. 9. & Azor tom. 2. insit. moral. lib. 6. c. 28. g. 12. scripsere post Tridentinum, & meminere eius decretorum, & cum difficultatem hanc non mouerint, tanquam rem manifestam docent exigi consensus Capituli.

184. Quarto deducitur, correctum esse ius commune per Trident. sess. 24. c. 13. Quippe ius commune non restituta erat facultas Episcopi ad vnienda beneficia curata monasteriis, aut aliis beneficiis. At Trident. eo loco interdicit vniionem cuiuscumque beneficii curati monasterio, aut cuiuscumque operi pio, aut beneficiis simplicibus.

185. Quinto deducitur, correctum quoque esse ius commune per Trid. sess. 24. c. 3. de reformat. nam antequam ius commune, in vniione faciendâ per Episcopum Ecclesie iuris patronatus, exigebatur consensus patroni, siue secularis, siue ecclesiastici, vt diximus n. 168. At Triden. concedit supprimi aliquas prebendas Ecclesie cathedralis, ipsique aliqua beneficia vniiri per Episcopum cum patronorum consensu, si de iure patronatus laicorum sint. Quare à contrario sensu concedit, vt possit id efficere absque consensu patroni ecclesiastici.

186. Quod si petas, an hæc potestas sit ordinaria, an delegata. Respondeo, esse delegatam, quia et si iurisdictione data à Principe Iudici ordinario super causa spectat ad suâ iurisdictionem ordinariam, non appositis verbis iurisdictionem delegatam denotantibus, qualia in eo decreto non apponuntur, non censetur delegata, sed sola excitatio iurisdictionis ordinariæ, quam antea ille habebat. *Isape. ff. de officio Consulis.* Et tradunt Innocentius c. licet. n. vnic. vers. faciendâ. de officio ordinarij. & Hostiens. lib. 1. in. Abbas n. 3. Baldus n. 3. Anchar. n. 3. Imola n. 8. Felinus n. 1. Maranta de ordine iudiciorum. 4. p. disp. 5. principali. num. 77. & alij quos refert, & sequitur Bobadilla in sua politica. lib. 2. cap. 21. num. 26. at hoc fallit, nisi in aliquo alteretur potestas ordinariæ, quia tunc erit delegata, vt tradunt Innocentius, Hostiensis, Abbas, Anchar. Felinus ibid. Ioan. Andr. ad dictionibus ad Speculatorem tit. de legato. §. final. vers. penultim. qui incipit. legatus est ordinarius. Maranta ead. disp. 5. num. 4. Azebedo lib. 3. recopilat. tit. 9. in rubr. num. 18. & alij, quos refert, & sequitur Bobadilla eo. n. 26. quod hic contingit. Nam Episcopus non poterat absque consensu patroni ecclesiastici, in eo autem tunc conceditur ipsi, vt absque eo possit, vt diximus n. precedenti. Additque Ioan. Andr. ibi, commissa Episcopo causa inter subditos, modo tamen speciali, quod non poterat iure ordinario, conferri delegatum non tantum quoad modum, sed etiam quoad cognitionem illius causæ, in qua erat ordinarius, & sic in illa quoque ad solum Pontificem posse appellari. Quod tamen non est certum; nam Iacobus Butri-

garius l. qui procuratorem ff. de procuratorib. & additio marginalis ad Felinum c. licet. num. 4. de officio ordinarij, tenent quoad illum solum specialem modum esse iurisdictionem delegatam, & sic quoad illum solum appellatum ad Papam.

Sexto deducitur, stantibus decretis per Concilium Tridentinum integrum esse Episcopo vniire religioni beneficiū aliquod, sicut iure communi id licere diximus n. 148. cum duplici tamen limitatione. Prior sit, vt beneficium non sit extra diocesim in qua est monasteriū, quia, vt diximus n. 180. interdicit Tridentinum vniire beneficia alterius diocesis. Posterior est, ne beneficium illud vniendum sit curatum, quia, vt diximus n. 184. interdicit Tridentinum vniire beneficia curata loco religioso. Constat, quia nullibi Tridentinum interdixit vniionem hanc religioni, præter in his duobus casibus; ergo in reliquis manet ius commune in correctum. Item, quia exceptio firmat regulam in contrarium. I. neque liquidis §. finali. ff. de penis legat. Cum ergo Tridentinum his duos casus excipiat, manebit in reliquis illa Episcoporum potestas in hac vniione faciendâ. Tandem, quia Trident. sess. 21. c. 5. de reformat. confirmat potestatem Episcoporum in vniendis beneficiis, concedens illis, vt tanquam delegati Sedis Apostolice vniant in quibuscumque casibus iure communi permisis, ex quibus est hic vnus, vt probauimus num. 148. Et iuxta hanc doctrinam iura consuetudine præmissa cum viris doctissimis Dominus Christophorus de Rojas, Archiepiscopus Hispanensis, anno 172. vniuit Collegio Societatis IESV Hispanensis beneficium simplex, cuius redditus annui erant quadringenti nummi auri.

Septimo deducitur, posse Episcopum statuere, vt id beneficium seculare ab ipso religioni vniunt, vt per religiosos, idque statutum operari dispensatiue cum monacho præficiendo illi beneficio, quamuis aliter Episcopus nequeat dispensare super hac translatione. Sic Felinus c. in nostra. corol. 40. numero 42. notab. 3. de rescrip. Sebastianus Sapia addit ad Abbatem. c. si cui vniire. num. 2. verb. vniire. de excessibus Prælat. & cap. beneficiorum referens quandam Rote decisionem 3. p. quæst. 11. num. 126.

Octauo deducitur, integrum esse Episcopo ex iis beneficiis, & capellanis, quæ vniire potest, reddere aliquod manuale, & ad nutum mobile, quod erat perpetuum, accedenti consensu patroni, si ius patronatus sit ex iusta causa. Quia potest vniire, & diuidere, & de nouo creare, & extinguere beneficia inferiora sui Episcopatus, vt constat ex c. si cui vniire. de excessibus Prælat. & cap. præcipimus, & c. pluribus. 16. quæst. 1. c. 1. de rebus Eccl'es. non alienand. in 6. & Clem. 2. eodem tit. c. ex parte. & c. cum accessissent. de consi. Atque exinde cessabit in Episcopo ius instituendi in ea capellania, nec tamen transferretur in patronum, sed in eo quoque ius presentandi ad beneficium cessabit, quia iam non erit beneficium; sed patronus habebit libertatem presentandi capellanum, & amouendi quoties voluerit. Sic tradit Nauar. lib. 1. consil. tit. de officio ordinarij. in priori edito. consil. 6. à n. 1. vsque ad 3. in posteriori consil. 9. eodem num.

Vltimo deducitur solutio eius questionis, quam latissime tractat Flores de Mena in suis varijs questionibus. quæst. 10. per totam. an beneficium curatum potuerit vniiri in temporalibus, & spiritualibus monasterio monialium per Pontificem, ita vt Abbatissa exerceat curam animatum per vicarium? Et quia optime ipse eam tractat, breuiter eius sententiam referam, remittens lectorem ad ipsum. Et primo dicit in numero 4. vsque ad 7. potuisse esse vniiri; quia et si femina sit incapax iurisdictionis spiritualis quoad actum illum exercendi per seipsum, est tamen capax quoad habitum, & potestatem nominandi vicarios, per quos exerceat, vt ibi latè probat, & soluit contraria, aliisque Doctores, & textus refert.

391. Secundo quærit Flores de Mena ea. g. 10. an Episcopus in eo beneficio curato possit vicarium temporalem, aut perpetuum instituire, iuxta decretum Trident. sess. 7. c. 7. de reformat. Et quidem si beneficium curatum sit vniunt monasterio monialium, aut Collegio, aut alij operi pio, etiamsi vniuntur in temporalibus, & spiritualibus, cum priuilegio nominandi vicarium ad nutum amobilem, potest Episcopus vicarium temporalem, aut perpetuum in eo ponere. Constat ex d. c. 7. vbi Tridentinum generaliter, & indistinctè loquitur, non obstante quocumque priuilegio, & latius id probat Flores de Mena ea. g. 10. n. 36. & triplici sequenti. Fallit primò hoc, nisi beneficium vniunt sit monasterio monachorum, aut mendicantium; tunc enim Episcopus non potest deputare pro eius seruitio perpetuum vicarium, sed ad nutum amobilem. Sic enim restrinxit Pius V. decretum hoc Concilij Tridentini in quodam motu proprio, incipienti; *Ad exequendum pastoralis officij debitum.* debent autem monachi nominare vicarium, & Episcopus examinare, & approbare. Sic Flores de Mena eadem g. 10. num. 40. dicens sic declarat in Curia Romana, & à Congregatione Cardinalium. Secundo fallit, quando vniio facta est per viam pacti, & concordie cum clausula, *deseruiendo beneficio per vicarium ad nutum amobilem;* accedique huic concordie approbatio Romani Pontificis: tunc enim nequit Episcopus deputare vicarium perpetuum, quia Tridentinum in clausula derogatoria contenta in eo decreto, non meminit pacti, & concordie à summo Pontifice approbatorum, & vt his derogetur expressa mentione opus est, vt tenent multi, quos refert, & sequitur Flores de Mena ea. g. 10. n. 41. vbi hanc limitationem adhibet. Tertio fallit, quando à tempore immemoriali vniio facta est, & ex tunc constat vicarios fuisse ad nutum amobiles, scientibus, & consentientibus ordinariis, & nunquam vicarius perpetuus constitutus est: tunc enim nequit ordinarius perpetuum constituere, quia Tridentinum nulli consuetudini derogat, nedum immemoriali, que ad sui derogationem speciali mentione indiget, vt probat Aucudano responsio 16. & generaliter in quacumque consuetudine tradunt multi, quos refert, & sequitur Flores de Mena ead. quæst. 10. n. 44. vbi hanc quoque limitationem statuit. Quarto fallit, nisi ex priuilegio remunerationis gratia concessio beneficium esset vniunt cum clausula ponendi vicarium ad nutum amobilem, quia in generali priuilegio derogatione, quam apponit Trident. eo. cap. 7. non clauduntur priuilegia remunerationis gratia concessa, vt ex multis probat Flores de Mena ea. quæst. 10. num. 46. vbi hanc quoque limitationem adhibet. Quinto fallit, si pro bono pacis, & cessatione litium, rectaque beneficii gubernatione expediret nil inuouari, sed institui vicarium ad nutum amobilem; tunc enim nequit Episcopus perpetuum instituire, quia Trident. id non libere Episcopi voluntati reliquit, sed vsum est verbis arbitrio boni viri denotantibus, ibi; *nisi ipsi ordinarij pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire viderentur.* atque ita docet Flores de Mena ea. g. 10. num. 47. Sexto fallit, quando particulariter, & per se huius vniæ vicaria perpetua; tunc enim nequit Episcopus vicarium perpetuum instituire, quia Trident. non concedit ei facultatem tollendi vniionem, sed assignandi vicarium beneficio parochiali vniio; & sic docet Flores de Mena ea. g. 10. n. 48. Vltimo fallit, nisi concessio vniunt esset beneficium parochiale cum clausula instituendi vicarij ad nutum amobilem; tunc enim nequit Episcopus contra id priuilegium vicarium perpetuum constituere: quia cum Trident. nequirit potestatem Pontificem restringere, dum derogat priuilegijs, intelligitur de priuilegijs ante id decretum concessis. Sic Flores de Mena eadem g. 10. n. 49. & 50. vbi petit id priuilegium ex certa scientia, aut motu proprio concessum esse, aut cum expressa

Tridentini derogatione: quod, per generalia derogationis verba non censetur derogari decretis Concilij generalis, vt latè probauit lib. 3. de iurim. disp. 26. num. 7. Sed idem Flores de Mena eo. num. 50. hoc sublimat, vt intelligatur etiam derogatum huic Tridentini decreto, si ex verbis priuilegij constet eam fuisse Pontificis mentem: atque in dubio dicit eam esse presumendam, eo quod hoc Trident. decretum satis notorium sit. Quod fortius probò, quia ea regula, vt desideretur Specifica Concilij mentio ad eius derogationem, fallit, quando Pontifex dispensat in speciali, & certo casu contra Concilij generalis prohibitionem, vt probauit lib. 8. de matrimonio. disp. 35. n. 17. Tandem bene animaduertit Flores de Mena ea. g. 10. num. 51. in prædictis casibus, in quibus non est integrum Episcopo vicarium perpetuum in eo beneficio constituere, teneri curare, vt bene deseruiatur beneficio; aliàs poterit vicarium perpetuum instituire, quia priuilegium ob eius abusum amittitur, vt ex multis sibi probat.

CAPVT XXX.

An si religiosus acceptet absque superioris licentia pecunias in pauperes distribuendas, vel distribuatur alij quam pauperi designato, sit reus voti paupertatis?

SYMMARIUM.

Quot questiones disputanda sint. n. 1. Non est contra votum paupertatis, quando datur pecunia designatè pauperes, & quantitas cuiuslibet distribuendam. num. 2. Quid si neutrum, aut alterutrum solum designat referatur quædam sententia. n. 3. Sententia auctoribus. n. 4. Saluatur argumenta. n. 5. Post numerum 5. inuenies summaria, quæ desiderantur.

DUPLEX est tractanda questio. Prior est, quando dans pecunias religioso, vt eas in pauperes distribuatur, non designat pauperes, quibus distribuenda sunt, nec designat quantitatem vniuique pauperi largiendam, sed vtriusque, vel alterius electionem religioso committit, an tunc peccet religiosus contra votum paupertatis designando pauperem, cui elemosyna conferatur, vel designando quantitatem elemosynæ conferendæ: Posterior est, an peccet peccato futuri, & contra votum paupertatis religiosus prædictam elemosynam sibi applicans?

Et quidem quod attinet ad primam questionem, si dans pecunias, designat pauperes, in quos pecunie distribuendæ sunt, & designet quantitatem pecunie cuiuslibet largiendam, nemini dubium est non peccari contra votum paupertatis, si religiosus acceptet, distribuaturque absque superioris licentia, quod sit tunc iudicium minister, & instat famuli iusti ab hero suo potestate elemosynam aliquam certo pauperi erogandam, & contra nullam pauperum, aut quantitatis elemosynæ electionem habet.

Punctus autem difficultatis eò pertinet, quando dans pecunias, non designat pauperes, nec elemosynæ quantitatem cuiuslibet distribuendam, aut alterutrum solum designat, atque adeò committitur religioso distribuendæ electio pauperum, & quantitatis cuiuslibet largiendæ, aut alterutrum electio. Quidam doctissimi ex nostris agitate sentent peccari contra votum paupertatis acceptanda prædictam distributionem absque superioris licentia, & consensu. Ita inuuit Leonardus lib. 2. de iustit. cap. 41. dubio 9. n. 78. vers. 40. his verbis: si est dispensator aliarum rerum, non potest eas distribuere pro suo